x inferiora nō ẽt p̄fc̄o simp̄ simplex. Ad cuius melius intelligentiam, aduerte, p̄fc̄ simp̄ simplicem duo importare, unum ē p̄fc̄o ipsa intra rei; alterum ẽt, hanc p̄fc̄ eē maiorem omni alia quę nō ẽt ipsa. Ad rem ergo p̄fc̄o intra rois dissimę entis cuenit illi " etiam " supp̄ p̄sonali, et ita nunquam illam deperdet qd̄ ꝯtrahitur ad inferiora; cęterum eam p̄fectę eē maiorem quacunq. alia quę non ẽt ipsa, solum sit enti ut abstracto, atq. p̄ciso. Hoc autem ex eo prouenit, quia nimirum ens ut ꝯtractum nō ẽt ens solum, sed homo vg. Leo, aut equus, etc. Sicut ergo hō, leo, aut equus nō hent

p̄fectę

perfectionem majorem quàm quælibet alia res ab illa dis-
tincta, quia ipsi non solùm distinctio a sua neg. sed etiam
â pluribus aliis entitatibus positiuis, vg. Deo, l. Angelis,
à quibus superantur in perfectione; ita ratio entis ut stracta
non habebit perfectionem maiorem omni alia re quæ non est ipsa;
quia in eo statu non sm distinctio â sua neg. sed â pluribus
aliis entitatibus positiuis; ab iisdem nimirum a quibus distinguitur
homo, leo, aut equus, et à quibus superatur in perfectione sicut
superantur ipse homo, leo, aut equus: Cæterum eadem
ratio entis ut abstracta solùm est ens, ac proinde nihil
datur realiter ab illa distinctum nisi sola eius neg.
quam cùm longe excedat in perfectione, fit ut ratio
abstractionis habeat perfectionem maiorem omni alia re quæ
non est ipsa, et consequenter sit perfectio simpliciter simplex.

Instabis denique. tanta est perfectio entis ut
stracti, imo multo maior, quàm ut abstracti; ergo si
ut abstractum est perfectio simpliciter simplex, à fortiori erit
ut stractum. Respondeo concesso antecedente neg. consequentiam.
Fallitur enim qui putat, ad rationem perfectionis simpliciter simplicis
requiri determinatam aliquam portionem perfectionis, ita
ut si alia res minorem perfectionem habeat, non possit esse perfectio
simpliciter simplex: solùm enim requiritur ut ea qualiscumque per-
fectio, excedat perfectionem cuiuslibet alterius rei à se
distinctæ. Unde licet minus perfecta sit ratio omnino eadem

entis

enti ut abstracta quàm ut contracta; ad hoc ut abstracta est non perfectio simpliciter simplex, non quia per abstractionem acquirat maiorem aliquam perfectionem quam antea non habebat, potius non [redacted] deperdit; sed quia ratione abstractionis fit ut ratio enti solum distinguatur à suis inferioribus, quae quidem nihil sit, excedit ab perfectione enti in communi, etiam si haec exigua admodum sit. Ut contracta vero licet habeat maiorem perfectionem, tamen non excedit omnem aliam quae non est ipsa; quod necessarium erat ut foret perfectio simpliciter simplex.

Hic adverte, quando nos diximus rationem communem enti ut contractam non esse perfectionem simpliciter simplicem, excipere omnes divinas perfectiones quae ex communi omnium Theologorum consensu, sunt perfectiones simpliciter simplices; et etiam omnes rationes Deo et creaturis communes, quas etiam esse perfectiones simpliciter simplices, diximus iam in solutione 2.ª et 3.ª argumenti contraria parte adductorum: solum enim loquimur de ente ut contracto per differentias positive finitas et limitatas qualiter sunt differentiae Angeli, hominis et equi et aliae huiusmodi: nam licet illae sint positive perfectiones quàm quaelibet ratio communis Deo et creaturis, iam ex supra dictis constat quomodo melius sit rationem entis in communi contrahi per differentiam cuiuslibet rationis communis Deo

Deo et creaturis, quàm per differentiam quamlibet creatam, etiam perfectissimam.

Ad extremum de mente S. Anselmi ego non dubito, nisi asseram eum improprie et locutum, et argumentatum fuisse, quod de tanto viro, atque Doctore affirmare nefas est. Ille siquidem, ut patet ex contextu totius capitis 14. citati, eo videtur doctrinam suam dirigere, ut inquirat an Deo vere conveniant haec praedicata sapientis, viventis etc. Vere autem convenire de eo praedicata, probat, quia nimirum Deo concedendum est id quod melius atque perfectius est; et melius est sapiens quam non sapiens, vivens quàm non vivens, ergo praedicata viventis et sapientis vere et proprie conveniunt Deo. Quapropter ad finem capitis ita concludit. Penitus enim ipsa summa essentia tacenda est esse aliquid eorum, quorum est aliquid quod non est quod ipsa sunt, [redacted] superius; et est omnino (sic ratio docet) dicenda quodlibet eorum quorum est omne quod non est quod ipsa sunt, inferius. quare necesse est eam esse viventem, sapientem etc. Hanc autem argumentationem frivolam esse si nostra sententia vera non sit, patebit, nam S. Anselmus non supponit illa praedicata esse in Deo, illique convenire, sed rationibus positis id probat: ac proinde

quod

Explanatio mentis D. Anselmi.

A1

Roboratur interim idem assumptum 2a alia ratione: etenim ut a nobis iam diximus ex se manifestum est, ad colligendum utrum aliquod perfectum sit perfectio simpliciter simplex, comparari debet cum omnibus aliis entitatibus quae realiter ab illo distinguuntur. Ubi ergo S. Anselmus probaret sapiens esse perfectionem simpliciter simplicem, illud comparavit cum non sapiente, hoc est cum omni alia re rationis experte. Si autem nomine sapientis non intellexisset rationem communem sapientis, sed loqueretur de hoc perfecto prout inclusum in Deo reperitur, male eam comparationem fecisset; nam eiusmodi perfectum prout inclusum in Deo non solum distinguitur realiter ab iis rebus quae sunt rationis expertes, sed etiam a pluribus aliis naturis rationalibus, nimirum homine, Angelis, et infinitis aliis creaturis intellectualibus perfectioribus et perfectioribus sine termino quae a Deo produci possunt. Quare ex praedicta comparatione non poterat optime inferre D. Anselmus eiusmodi perfectum ut inclusum in Deo esse perfectionem simpliciter simplicem, quia non comparat illud cum omni alia re quae ab ipso realiter distinguitur eo modo acceptum: cum, ut iam dixi, solum comparet illud cum iis rebus quae rationis sunt expertes, non vero cum omnibus aliis creaturis rationalibus et sapientibus, a quibus etiam realiter distinguitur. Solum ergo dicendum restat S. Doctorem loqui de ratione communi sapientis; nam haec distinguitur realiter a rebus inanimatis solum; unde ex eo quod S. Anselmus illam comparet cum omnibus iis rebus quae rationis sunt expertes, et inveniat esse meliorem omnibus illis, recte inferret eam rationem communem esse perfectionem simpliciter simplicem. = Urgetur ad hunc 3o alia ratione, quae potius erit

quando S. Doctor ait melius esse sapiens quam non sapiens, non potest loqui de perfecto sapientis prout in Deo reperitur, quia id nullo modo supponit sed potius probare intendit. Et, si id supponeret, non foret necesse uti comparatione illa ~~facta~~ inter sapiens et non sapiens ad colligendum quodnam eorum esset perfectius, ut illud Deo tribueret; nam eo ipso quod supponeret perfectum sapientis esse in Deo, supponebat etiam esse quid perfectissimum et infinitum, meliusque quam quaelibet alia res quae non esset sapiens: debet ergo loqui de ratione communi sapientis ut sic, quam cum dicat esse meliorem non sapiente, ac proinde perfectionem simpliciter simplicem, aperte nostram sententiam tuetur. A1


A2 ~~Confirmatur ...~~ : nam indubitatum est apud omnes omne perfectum quod Deo convenit, ~~reduplicative loquendo prout in illo reperitur~~ esse melius omni alia re quae non est ipsum ac proinde perfectionem simpliciter simplicem. Ergo frivole atque insulse argumentaretur S. Anselmus cum dicit; Hoc perfectum, scilicet vivens in communi, ~~...~~ convenit Deo quia est ~~...~~ melius non vivente, et consequenter perfectio simpliciter simplex. Patet consequentia nam esse perfectionem simpliciter simplicem secundum adversarios non convenit

Suic

Sumpratũ secundum quod omune est Deo et creaturis, sed solum prout in Deo inclusum reperitur: unde perinde erit dicere; hoc pratum conuenit Deo qui est simpliciter simplex, ac dicere: Hoc pratum conuenit Deo, ut inclusum in Deo reperitur, est melius quacunque alia re quæ non est ipsum, et alterius positiuè simpliciter simplex. Friuola sanè argumentatio; nam eodem modo possem ego dicere pratum non viuentis conuenire Deo, nam licet non viuens dissimilè sumptum non esset melius quacunque alia re ab ipso distincta, foret tamen ut inclusum in Deo, nam sic esset Deus, et sicut Deus est melior omni alia re quæ non est Deus, ita hoc pratum non viuentis ut inclusum in Deo foret melius atque præstantius quacunque alia perfectione à se distincta. Sanctum igitur Anselmum ea tam friuola argumentandi usum fuisse dixerim, quæ non modò virum doctissimum et sapientissimum Theologum, verùm sciolum hominem qui vel primæ Theologiæ, et bonæ dialecticæ principia primoribus labris nondum degustarit, dedecet? Pudeat igitur ad-

versarios

versarios et id de tanto viro suspicari, et tam ineptam explicationem tradere, ex qua Sanctus Doctor tam gravi insciti[ae] nota posit inuri.



~~[illegible]~~

~~22. §. [illegible]~~

Appendix

APPENDIX

Quæstionis præcedentis.

Sectio 1.[a]

1.[a] objectio contra di... in superiori q.[e] propo... nitur et diluitur.

Postquàm hæc quæstio in lucem prodiit, aliqui ea p. nram sent.[m] impugnarunt, qua minus roboris, atque præsidii habere visa est.

— Et inprimis responsione indignam iudico eam objectionem, qua nos manifestæ contradictionis arguere videntur adversarii: nam in 1.° notabili statuimus perfectionem simp.[r] simplex solum esse comparandam cum iis rebus, à quo realiter distinguitur; in 3.° verò notabili, veluti nostræ doctrinæ obliti, rem omnium sapientiæ comparavimus cum ente in omuni, asserentes, propterea sapientiam utsic esse perfectionem simp. simpliciter, non verò substantiam Angelicam, quæ licèt hæc sit illâ positivè perfectior, tamen ut ibidem explicuimus, melior est sapientia utsic respectu entis in omuni, quàm substantia Angelica; manifestum autem est, ens in omuni non distingui realiter à sapientia utsic; quare nos minus consequenter in hac re processisse videmur.

— Video (et non sine magna admiratione) doctum

quendam Recentiorem ac eadem aequivocatione laborasse; qui in materia de Trinitate agens de natura perfectionis simpliciter simplicis, acriter impugnat nostrum modum explicandi, quo dicimus, particulam melius à S. Anselmo usurpatam in definitione perfectionis simpliciter simplicis intelligendam esse de ratione communissima entis; ad id vero impugnandum solum affert, praedictam explicationem non esse ad mentem D. Anselmi, qui absolute docet perfectionem simpliciter simplicem debere esse meliorem quacumque alia re, quae realiter non est ipsa, seu quae fundat realem negationem illius; at sapientia in communi (ille exponit in divinis relationibus; caeterum eadem est utriusque ratio) non fundat realem negationem entis ut sic, neque è contra, cum potius haec duo realiter identificentur. non ergo satis est quod sapientia ut sic, aut quaelibet alia ratio communis Deo et creaturis sit melior respectu entis in communi, ad hoc ut dicatur perfectio simpliciter simplex.

Caeterum licet id quod asseritur, verum sit, nimirum S. Anselmum docere perfectionem simpliciter simplicem solum esse comparandam cum iis rebus, à quibus realiter distinguitur, solidiori fundamento ex verbis S. doctoris, et illius fine desumpto probari debebat, ut nos infra probabimus. Praeterea magna, ut iam dixi, laborat aequivocatione; etenim diversum est id, quo perfectio simpliciter simplex debet esse melior, et id, cui debet esse melior. Nos ergo non asserimus ad rationem perfectionis simpliciter simplicis sufficere quod aliqua res sit melior ratione communissima entis id enim nulli cordato viro sic in mentem venire potest; in deenim

inferretur nihil dari, quod non sit simpl. perfectum, cùm quælibet differentia addat peculiarem perfectionem supra perfectionem entis in communi. Solum ergo asserimus perfectionem simpl. simpliciter debere esse meliorem quacumque alia differentia realiter à se distincta, et quæ contrahit eandem rationem communissimam entis: et hoc est, quod asseritur à D. Anselmo. = Cæterum id, cui perfectio simpl. simpliciter dicitur melior, non est necesse, imò impossibile, ut in alio loco late probavi, quod realiter ab illa distinguatur: sed solum debet esse ratio communissima entis, quam contrahit, cui melior dicitur una differentia potius quàm alia. Unde obiectio supra posita in eo maxime fallitur, quod hæc duo inter se confundat, quorum distinctione posita nihil roboris habet, sed mera est æquivocatio: quare ad alia, quæ maiorem vim habent, gradum faciamus.

Sectio 2a

2a obiectio proponitur, et ad illius solutionem paratur.

Vidit ergo adversarius nostram sententiam facile probari, si primum principium seu notabile à nobis statutum ergo concedi semel admitteretur, scilicet perfectionem simpl. simpliciter solum esse comparandam cum omnibus aliis entitatibus, à quibus realiter distinguitur, non vero cum iis rebus, à quibus solum distinguitur formaliter; quare hoc principium omnino evertere, ac destruere conatur. Et quidem, petendo rationem illius, deinde etiam quia quis impedit quominus prædicta comparatio fieri possit. Unde licèt substantia et sapientia in communi solum distinguantur formaliter à natura divina, et à sapientia etiam divina, quia illas sub se continetur, ad hunc recte inquirere possumus, quænam ex illis sit melior respectu entis in communi. Et cùm manifestum sit, melius esse

ee enti in omuni habere nam diuinam, quàm subsistam ut sic, et similiter sapiam diuinam, quàm sapiam ut sic, illæ solæ erunt perfectiones simpliciter simplices, non verò istæ.

Ego tamen nihilominus post longam, maturamque considerationem, quàm huic difficultati expediendæ adhibui, attentamque lectionem totius capitis 14. Monologii D. Anselmi, ita certum existimo S. Doctorem loqui de rationibus communibus, ut potius fideliter pronuntiem de nulla alia re praecipue egisse S. Doctorem toto illo cap. citato; sentioque illius mentem in hac parte omnino coincidere cum eo argumento, quo probare solent Theologi, et inter illos doctus quidam Recentior tractatu de Attributis disp. 2. q. 3. Deum esse substantiam viuentem: argumentum autem est huiusmodi: Deus constitui debet in gradu entium perfectissimo, sed inter gradus essendi gradus viuentis est melior atque perfectior quàm gradus non viuentis, ergo Deus verè viuit. Idem ergo quod nos vocamus gradus essendi meliores seu perfectiones, censeo vocauisse S. Anselmum perfectiones simpliciter simplices. Hoc autem modo sentiendi (quem postea probabo) ita posito, duo facile praestabimus. Primum erit, doctrinam in quaestione praecedenti à nobis traditam amplius confirmare et roborare; secundum verò, argumento nuper proposito satisfacere.

Et quoad primum attinet, ut perspiciatur, quàm solida sit solutio 2.ᵃ et 3.ᵃ argumenti, quæ in quaestione praecedenti pro contraria parte adduximus; et ut omnibus innotescat, nos nullo modo fucata tantum subtilitatis

sitatis specie vim illorum subterfugere, ut firmissimo veritatis pondere nostram fulciri solutionem, doctrinam quamdam proponam quae ab omnibus Philosophis nullo quidem discrepante admittitur. Etenim ad hoc ut unus gradus communis dicatur melior altero, ut gradus spiritus, quam corporis; gradus viventis, quam non viventis, non est necesse quod superet in perfectione quodcumque inferius contentum sub altero gradu, quo ipse est melior; nam indubitatum est apud omnes gradum spiritus esse meliorem gradu corporis, et tamen intra gradum corporis reperiri possunt plura inferiora quae longe superent in perfectione rationem communissimam spiritus, ut unio Hypostatica quae modo datur, et aliae plures corporeae perfectiones, et perfectiones sine termino, quae sine dubio possibiles sunt. Solum ergo requiritur quod gradus ille, qui melior est, dicat ex se maiorem perfectionem quam alter, cui immediate opponitur, ut spiritus quam corpus; viviens, quam non viviens. = Si autem pro nostro libito velimus etiam gradum spiritus comparare cum inferioribus contentis sub corpore in communi, inveniemus sine dubio dari aliqua, a quibus in perfectione superatur, ut unio Hypostatica de qua nuper diximus; et similiter si gradum viventis compararemus cum inferioribus contentis sub non vivente, seu inanimato in communi, inveniemus illum a pluribus excedi in perfectione. Caeterum adhuc gradus spiritus et gradus viventis dici possunt non incongrue meliores quocumque inferiori contento sub altero gradu, cui ipsi immediate opponuntur, non quia illud superent in perfectione, sed quia

ratio

ratio spiritus ut sic, et ratio viventis ut sic nullam ex se dicunt imperfectionem obstantem alteri maiori, et consequenter dicunt esse aliquid ordinem ad inferius infinitae perfectionis, nempe deum; ac proinde etiam si ratio entis per huiusmodi gradus contrahatur, manet adhuc in potentia, adhoc ut infinite perficiatur; at vero unio hypostatica, quae sub corpore in communi continetur, et similiter gratia sanctificans aut lumen gloriae, quae continentur sub non vivente seu inanimato in communi (non loquor de inanimato substantiali, quod in praedicamento substantiae collocatur, sed de illo, quod tam substantiis, quam accidentibus non vitalibus commune est.) licet sint quid perfectius vivente in communi, et ratione spiritus ut sic, eatenus perfectio admixta est maxima imperfectione quae Deo repugnat convenire: Unde melius est Deo secundum rationem communissimam entis esse sumpto esse spiritum ut sic, aut viventem ut sic, quam unionem hypostaticam, gratiam sanctificantem, aut lumen gloriae, quia spiritus aut vivens in communi non privatur perfectione infinita, qua tamen privaretur, si foret unio hypostatica, gratia sanctificans, aut lumen gloriae.

Quae doctrina ut clarius adhuc elucescat, demus aliquem, qui ratione illa, qua utuntur Theologi ad probandum Deum esse viventem etc. uteretur ipse ad probandum contra, diceretque: Deus constitui debet in gradu entium perfectissimo, seu, quod idem est, intra rationem communem perfectionum, sed ratio communis gratiae sanctificantis etc. est melior atque perfectior quam ratio

communis

omunis viventis, (g dlus n' est ostituendus intra gradum viventis,
sed intra rōs omuns grāe sanctificantis. - Insulsa quidem, atq.
ridicula obiectio; quamq. me ipsum vel hic afferre puderet,
nisi apprime nram sent.m explicaret. Illa q. in primis in
eo peccat, quod sic non oparat gradus sive rōes omunes adē-
quatè inter se oppositas, quarum una nario debeat in quolibet
reperiri; posset n. quivis respondere non inferri nario esse eo
quod Deus non ostituatur intra gradum viventis, ostituendum
fore intra rōs omuns gratiæ sanctificantis: nam sub gradu
non viventis sub quo otinetur grā sanctificans, dantur alia
plura inferiora multo perfectiora gratiā sanctificante.
Deinde etiam q. dato quod intra gradum non viventis nihil
daretur ita pfectum ac gratia sanctificans, adhuc id n' eēt
sufficiens, nisi aliunde pbetur, gradum non viventis eē
meliorem seu pfectiorem gradu viventis: quod tn' n' pbabitur,
cùm certum sit apud omnes melius eē [illegible] eē vivens, qm
non vivens. - Ad rem (g. si particula melius, de quanti-
tativa pfectione intelligenda est, ut intendunt adversarii;
cùm indubitatum sit gram sanctificantem eē multo pfectiorem
quàm rō omunis viventis, osequenter etiā erit melior, quàm
illa. Unde I. argumentum ōce ita frequens apud Theo-
logos nullius momenti est, aut pbat Deum potius ostituen-
dum eē intra rōs omns gratiæ sanctificantis, quàm intra

rōs

Sectio 3.a

vos omnes viventis ut sic, cùm hæc n' sit ita perfecta ac illa:
Cùm ergo certum sit melius esse, sistere dictum intra gradus vi-
ventis quàm intra vos omnes gratiæ sanctificantis, ut ipsi
adversarii necessario concedere debent, quæro ab illis, qua ratione,
quoue sensu id melius dicatur? nonne quia vo[illegible] vivens
sit magis perfecta quàm gratia sanctificans? minime, cùm
potius ab illa superetur. Maneat ergo ab ipsismet adversariis
necessario concedendum fore melioritatem quamdam, quæ non est
maioris quantitatis perfectionis physicæ, idest indifferentia
ad habendam maiorem perfectionem proveniat. quare nil
mirari debent si id ipsum nos dicamus de sapientia ut sic
comparatione subtilitatis Angelicæ, ut respondimus ad secundum et 3.m
argumentum in quæstione præcedenti pro contraria sententia adducta.

Sectio 3.a

Superior doctrina ex verbis S. Anselmi amplius roboratur. & ut mentem S. Doctoris exprimamus:

Urgeri posset ad huc doctrina supposita testimonio D.
Anselmi ad calcem quæstionis præcedentis adducti; nec opus erit
illud nimis premere, non enim invitum, nec violentis ex-
torsionibus coactum, sed sponte sua succum veræ doctrinæ dabit,
~~[illegible]~~, quo veluti ma-
terno lacte nutrita nostra sententia, quæ modo ob teneram infanti-
tiæ ætatem parum firma, solida, atque consistens alicui for-
tasse videbitur, maiora in dies incrementa, novas item quotidie
cum ætate vires accepturam spero. Verba autem S. doctoris
sunt quædam veluti selusio ex iis, quæ ante præmiserat, illata.

Penitus enim ipsa summa essentia tacenda est esse aliquid eorum, quibus est aliquid, quod non est, quod ipsa sunt, superius. (Id est, si assignato aliquo praedicato, aliud distinctum inveniamus, quod melius, superius, sive perfectius illo sit, signum est illud primum praedicatum in Deo non reperiri.) Et sic omnino (sic ratio docet) dicenda quodlibet eorum, quibus est omne, quod non est quod ipsa sunt, inferius. quasi diceret; omne illud praedicatum divinae naturae convenire, existimare debes, quo nullum aliud melius tibi vera ratione occurrerit. Unde concludit; quare necesse est esse eam viventem, sapientem, etc. et quidquid simpliciter absolute melius, quam non ipsum. quibus verbis duo expresse affirmat S. Doctor. Primum est, Deo tribuendum esse quidquid melius est ipsum quam non ipsum, et consequenter perfectiosimum simpliciter. Et cum anteà in eodem capite probasset melius esse vivens, quam non vivens; et sapiens, quàm non sapiens, ex hac duplici praemissa, legitima argumentatione infert, Deum esse viventem, et sapientem. - Secundum quod affirmat S. Doctor est, à Deo relegandum esse quidquid ipsum non est melius quàm non ipsum, et consequenter nec est simpliciter perfectum. - Ad rem. Ergo si particula melius de quantitativa perfectione intelligenda esset, ut ostendunt adversarii, possem ego uti ratione S. Anselmi ad probandum illum nec esse viventem, nec sapientem. Nam secundum S. Doctorem, omne illud praedicatum relegari debet

à

à Deo, quod ipsum n'est melius quàm non ipsum, hoc est, (ut interpretantur aduersarii) quod ab aliquo alio prati à se distincto superatur in perfectione positiua, At vero omunissima viuentis ut sic, et sapientis ut sic excedunt in perfectione positiua à pluribus aliis pratis realiter à se distinctis, ut à gratia sanctificante et unione hypostatica; ergo ratio viuentis ut sic, et sapientis ut sic non reperiuntur in Deo, nec de illo prædicari possunt. = Hac ergo ratione verba S. Anselmi interpretabimur, ut eius argumentatio omnino cassa reddatur, et tam ingens absurdum contra ipsam rationalem inferatur?

Sectio 4.ª
Ex dictis colligitur solutio 2æ obiectionis

Ad veniamus iam ad argumentum in hac appendice contra nos propositum, cuius solutionem ex iam dictis facile nos præstituros esse promisimus. Fallitur ergo qui putat, nos negare, posse fieri parationem inter diuinam naturam et substantiam in omuni, et similiter inter sapientiam diuinam et sapientiam in omuni. ~~[illegible]~~ et inquirere quænam ex illis sit melior respectu entis in omuni. Id ergo libentissime concedo; aseroque multo meliorem esse, respectu entis ut sic naturam diuinam, quàm rationem omunis substantiæ, et similiter sapientiam diuinam quàm rationem omnis sapientiæ. Solum ergo affirmo eiusmodi maiorem melioritatem n'obstare quominus tam substantia quàm sapientia in omuni sint perfectiones simpliciter simplices: sufficereque eas esse meliores quacumque alia

entitate

entitate reali à se distincta, neq. opus ee quod sint meliores aut
perfectiones quàm sunt substantia et sapia divina, quas sub
se continent. Hoc autem ex supra dictis facile constabit; etenim ad hoc
vt vnus gradus dicatur melior altero, non est necesse eum ee magis
perfectum quàm quodlibet inferius quod sub se continet. Quinimò
id est omnino contrarium; cim eatenus vna differentia communis sit melior
atq. perfectior alterâ, quatenus continet sub se aliquod saltem
inferius maioris perfectionis, quàm quodlibet aliud contentum sub
altera, et consequenter maioris etiam perfectionis, quàm est ipsa
differentia communis, quae est eiusmodi inferius contrahitur. ut bene
dochus quidam Theologus modernus (Barid. d. 1. q. 8. s. 1.)
Vnde sicut melioritas vnius gradus solum desumitur, atq.
colligitur in ordine ad alterum, cui immediatè opponitur, non
verò in ordine ad inferiora quae sub se continet; idem dicendum
erit de perfectione simpliciter simplici, cum nos existimemus S. Ansel-
mum pro eodem vsurpasse vnum ac alterum.

Et quidem cùm ✠ ab ipsismet adversariis concedatur, ✠ ex vna parte
perfectionem simpliciter simplicem ee illam quae melior est ipsa quàm non
ipsa, hoc est, quàm quaelibet alia res, quae realiter non est ipsa,
seu quae fundat realem negationem illius, vt initio quaestionis
praecedentis et huius etiam appendicis vidimus; quibus verbis
supponere videntur perfectiones simpliciter simplices solum ee separandas
cum

cum iis rebus à qq. realr distinguitur; ex alia vo. parte certum etiam sit subsistẽ in omni, aut sapiẽ etm in omni non distingui realr à na divina, nec ... à sapia etm divina; superuacaneum duceret aliquis otiose nunc, et inutiliter tempus terere in ea probanda quæ ab Aucto-ribus oppositæ sentẽ libentissime conceditur. Sed ut oibus perspicuum fiat, veritatẽ nræ sentẽ, gratuita aduersarioẽ mercede, siue scessione non inniti, libuit in psenti omnes neruos in illius probatione stendere.✠ Sunt autẽ sentiendi modum sufficienter probabo, si ad mentẽ D. Anselmi eẽ patefecero, cum in hac re nihil aliud affirmare debeamus quam quod menti S. Doctoris conforme eẽ existimauerimus. S.tus igo Doctor, ut iam sæpe inculcauimus, ut probaret dlum eẽ viuentẽ, hunc syllogismum conficit; Deo concedi debet id quod melius atq. pfectius est; Sed melius ẽ viuens, quã non viuens, (idem de aliis gratis dictum intelligatur.) Ergo Deus est viuens. Ex quia argumentar. manifeste colligitur comparatẽ à S. Anselmo solum fieri inter viuens et illud prædicatum, cuius melioritas, ut ita dicam, obstare poẽt quominus de Deo diceretr pratum viuentis; hoc autẽ solũ impediretur ex eo quod non viuens ut sic foret melius quam viuens ut sic; in eo enim casu bene colligeremus dlum non eẽ viuentẽ, quia ut S. Anselmus ait, Deo

Assensẽ quod licet pdicta ... ratio fieri possit, ea tamquam ... ẽ ad ... à S. Anselmo inten... m; nec excessũ pfectionis, quem diuina natura, et diuina sapia habent sup. rẽ omnes subsistẽ et sapiẽ ut sic, ... quominus hæ sint perfectiones simpl. simplices. ✠

concedi debet id quod melius atq. perfectius est, in predicta vero hypothesi melius foret non vivens, quàm vivens: quod vero intra gradum viventis ipse deus secundum propriam differentiam addat maiorem perfectionem quam habet ipsa ratio communis viventis, non tollit quominus de deo predicetur eiusmodi ratio communis; quin potius ex eo quod deus secundum propriam suam, et quasi specificam rationem sit vivens infinitè perfectum, rectè infertur in illo reperiri inclusam rationem communissimam viventis, cum nullum gradum specificum seu differentiale possit de aliquo subiecto predicari, nisi de eodem subiecto predicetur etiam ratio communis et universalis que per eiusmodi gradum specificum contrahitur. –

Quod amplius confirmabitur et explicabitur renovando rationem illam, qua doctus Theologus iam citatus probat deum esse viventem, nimirum; Deus constitui debet in gradu omnium perfectissimo, sed inter gradus essendi melior est gradus viventis quàm non viventis, ergo Deus verè vivit. (eodemque argumento probari potest deum esse sapientem et intellectualem.) Si quis quidem hac ratione uteretur, diceretque: Melius est vivens infinitum, quàm abstrahens à finito et infinito; et similiter melius est sapiens infinitum quam abstrahens a finito et infinito; ergo Deus non est vivens utcumque, sed vivens infinite perfectum;

nec

nec solum erit sapiens ut cumque, sed infinite sapiens.
Respondebremus concedendo totum; id enim, ut Hispano
sermone dicimus, es pan, y mexoria. Theologi enim
(quod maxime notari cupio) non utuntur hoc medio posita
ad probandam infinitudinem vitae Dei, vel divinae sapientiae,
sed solum illarum existentiam; hoc est, solum intendunt
probare, in Deo vitam et sapientiam reperiri, non vero eam vitam
et sapientiam esse infinite perfectam: ad hoc enim probandum alio
argumento uti deberemus, comparando scilicet sapientiam infinitam
cum finita, et in hunc modum efformando argumentationem,
Deo concedi debet id, quo nihil melius esse vel excogitari
potest, sed melior est sapientia infinita quam finita, nam
quacumque finita assignata alia melior excogitari potest;
ergo sapientia divina debet esse infinita in ratione sapientiae.
Et eodem modo probari potest infinitudo cuiuslibet alterius
perfectionis divinae.

Hac igitur distinctione posita, sic totam doctrinam in
formam syllogisticam reduco, et eius denique meo iudicio con-
ficio argumentationem. S. Anselmus loco iam citato solum
probare intendit existentiam divinae sapientiae, hoc est, illam
in Deo reperiri, non vero eius infinitudinem: cuius signum
esse potest, Sanctum Doctorem non comparare sapientiam infinitam cum
finita, sed solum absolute loquendo comparat sapientiam cum
n'

non sapia: sed ad probandam praecise existentiam sapiae divinae
non obstat quod sapia divina secundum propriam differentiam
sit melior vel perfectior quam sapia creata, et praedicta
comparatio ex mente D. Anselmi non debet fieri, nec
huiusmodi excessus imperfectione obstat, quoniam sapia in communi
sit perfectio simpliciter simplex. Maior et consequentia, minor vero
probatur quia sapia et non sapia, sive quod idem est, ignorantia,
sunt rationes adaequate inter se oppositae, quarum una necessario debet
in quolibet reperiri; sed ex eo praecise quod sapia in communi
sit melior quam ignorantia seu insipientia, cui immediate
opponitur, recte infertur sapiam convenire deo, non vero igno-
rantiam, etiam si sapia in communi excedatur in perfectione
a sapia divina secundum propriam differentiam, nam hoc
et ut vidimus, non tollit, sed potius supponit in deo reperiri
sapiam; sicut ex eo quod homo secundum differentiam
specificam rationalis addat maiorem perfectionem, quam det
ratio generica animalis, non tollit sed potius supponit rationem communem
animalis reperiri inclusam in homine, ergo ad probandam praecise
existentiam divinae sapiae sufficit sapiam in communi esse meliorem
quam ignorantiam, cui immediate opponitur, nec requiritur quod
sit melior quam sapia divina, quam sub se obtinet: et
cum D. Anselmus solum probare intendat existentiam
divinae

diuinæ sapiæ, manifestè patet eā illius mente obstare, sapiæ in omnini n'ee coparandā cum sapia diuina, quam habet ... tà qua solum fratr ..., nec quod diuina sapiā ... dum ppriam diam sit melior ac pfectior qua sapia in omni, obstare, quominus hæc pleno ore dicatur pfectio simpl. simplex. = Oidem quod de sapiā diximus, de qualibet alia, vel omnini de Deo & creaturis dictum intelligatur.

Ex hac eadem ratione maior superioris doctrinæ, pbatio, & confirmatio solutionis, quam V. & 3.° argumento in q. pced. pro contraria s. adductis, exhibuimus, elici potest; quæ quidem arg. eo capite probabant sapiam in omnini n' ee pfectionem simp. simplicem, quia non est melior ipsa quam non ipsa, cum melior sit substantia Angeli V°. quæ tamen non est sapia in omnini. = Sic q. argumentaturs propositam instauro: S. Anselmus, ut nuper dixi, solum probare ostendit existentiam diuinæ sapiæ, n' vero illius infinitatem, hoc est, solum ostendit, in Deo reperiri sapiam ut sic; At substantiam Angelicam ee meliorem seu pfectiorem sapientiâ ut sic, n' tollit quominus hæc de Deo prædicetur; Ergo eiusmodi excessus in pfectione nihil obstat quominus probetur existentia diuinæ sapientiæ. Tota hæc argument. legitima est, et absq. ulla salebra

placidissime decurrit, et singulas propositiones ostendentur manifestum erit: Rursus ergo: probare existentiam sapientiae diuinae nihil aliud est quam probare sapientiam in omni reperiri in Deo, ut per se patet; ergo S. Anselmus ex eo elicit sapientiam reperiri in Deo, quod est melius ipsa quam non ipsa et consequenter perfectio simpliciter simplex; ergo illud pratum vocatur a S. Anselmo perfectio simpliciter simplex, quod ipse probat conuenire Deo: Sed S. Doctor solum probat sapientiam in omni reperiri in Deo, et ad id probandum non obstat subtilitas Angelicam perfectam sapientiam in omni, ergo secundum D. Anselmum sapientia in omni est perfectio simpliciter simplex, quin ad id obstet excessus in perfectione quem habet subtilitas Angelica ipsam sapientiam in omni. Maneat ergo totam vim et efficaciam rationis a S. Anselmo adductae ad probandam existentiam sapientiae diuinae, stare posse cum praedicto excessu perfectionis: ac proinde particulam melius appositam in definitione perfectionis simpliciter simplicis, non esse intelligendam de quantitatiua perfectione rei, ut ostendunt aduersarii, sed de ea melioritate quam nos supra explicauimus. Cum ergo hoc tantum fuerit mens D. Anselmi, sic finis ab illo praecipue intentus, qua nos rationi duxi

plura alia requisita postulabimus? qui fundam. S.
Doctori id, quod nunquam illi successit vel in mentem
venit, falsa existimatione tribuemus? ad quid hę
fictiones, et inventa? Certè meo iudicio magna An-
selmi subtilitas et ingenii acumen, huic rei occasionem
prębuit; ipse n. sui intellectus vi rationem, quam nos
verbis clarioribus et usitatioribus in formam syllo-
gisticam reduximus, et in Scholas introduximus, asse-
cutus, easq. obscurioribus aliis, et acutissimo lo-
quendi modo vulgavit, in causa fuit, ut nos, qui à
S. Doctoris acumine longè distamus, illum novos fines
intendisse, novas item et exquisitissimas rationes usur-
passe existimemus. Unde si eterum ipsum attentè legerent,
meo iudicio planum omnibus fieret, mentem D. Anselmi
omnino coincidere cum eo argumento in Scholis satis
usitato, quo probare solemus excellentiam alicuius prędi-
cati divini, idemq. vocavisse S. Anselmum perfectis-
simas simplices, quod nos gradus eandem meliores seu perfec-
tiores appellamus.

Sectio 5.
Ex simili argumto. adver-
sariorum eadem doctrina am-
plius roborari.

Accrescet non modica vis totius huius nrę
doctrinę si expendamus rationem illam, qua doctis

quidam Theologus qui oppositam sententiam tuetur, utitur ad probandum
in Deo vere et proprie reperiri scientiam seu sapientiam: sic
argumentatur Conficit: Deus cum sit infinitus in
omni genere entis, debet claudere in se omnes perfectiones
simpliciter simplices; sed sapientia (verba sunt formalia) est
perfectio simpliciter simplex, ut advertit Anselmus in Monologio,
et patet ex definitione perfectionis simpliciter simplicis, quae secundum
Anselmum est illa, quae melior est ipsa quam non ipsa, melius
autem est esse, quam non esse sapientem; nam insipientia et igno-
rantia est maxima imperfectio. Ergo in Deo vere et proprie repe-
ritur scientia seu sapientia. Huius autem rationis vim ego prorsus
ignoro quo pacto stare, imo nec intelligi possit in sententia illius
Recentioris asserentis nullam rem communem Deo et creaturis esse
perfectionem simpliciter simplicem. Etenim ut manifestum est, hoc ar-
gumento non probatur infinitudo sapientiae divinae, sed solum illius
existentia, hoc est, illam in Deo reperiri: nam ad probandam
illius infinitudinem, ut etiam supra dixi, comparari debet sa-
pientia finita cum infinita; in hoc autem argumento solum compa-
ratur sapientia cum insipientia sive ignorantia. Quare
cum Recentior iste ait sapientiam esse perfectionem simpliciter simplicem,
non potest loqui de illa ut inclusa est in Deo reduplicative,

nam sic est infinita, ac proinde non solum opponitur contra insipientiam sed etiam contra sapientiam finitam, et limitatam: perfectio autem simpliciter simplex comparari debet cum omni alia re, quae realiter ab illa distinguitur. Deinde etiam quia cum hoc argumento probare intendat esse unam perfectionem sapientiam reperiri in Deo, si esset alia loqueretur de sapientia ut inclusa in Deo, plane supponeret id quod probare conatur, daretur quae circulus vitiosus, ut vidimus ad finem quaestionis praecedentis. Ne ergo frivola sit argumentatio, loqui debet de sapientia in communi. Si quidem de hac loquitur, ut re vera loqui debet, quare illam solum comparavit cum insipientia seu ignorantia? Nonne recordatur doctus ille Theologus se in materia de Trinitate propterea negasse sapientiam ut sic esse perfectionem simpliciter simplicem, quia non erat melior quam substantia Angeli, aut quam gratia sanctificans, vel unio hypostatica? quare ergo in praesenti suae doctrinae oblitus non comparavit illam cum substantia Angelica, gratia sanctificante, et unione hypostatica? Unde si doctrina sua vera esset, nullo modo hoc argumento probare mihi posset in Deo vel ex proprie reperiri sapientiam ut sic; possem enim ego respondere quod licet sapientia ut sic sit melior quam insipientia seu ignorantia, id tamen non est sufficiens, nam perfectio simpliciter simplex debet esse

melior quacumq. alia entitate reali à se distincta; sapientia ut sic licèt sit melior quàm insipientia siue ignorantia, cui immediate opponitur; non tamen est melior substantiâ Angelicâ, gratiâ sanctificante, nec unione hypostatica, à quibus realiter distinguitur. Fateri ergo oportet, quod sicut unus gradus essendi dicitur melior perfectione ex eo, quod ipse dicat maiorem perfectionem quàm alter gradus, cui immediate opponitur; nec requiritur quod excedat in perfectione positiua quamcumq. aliam singularem entitatem realiter à se distinctam; nam licèt ipse gradus essendi omnium infimus habeat minorem perfectionem; ea tamen est compatibilis cum altera maiori, imò et infinita; cum qua tamen non est compatibilis maior perfectio illius rei, à qua ipse gradus superatur; ita similiter ad hoc ut colligamus, utrum sapientia in omni, et idem intellige de quocumq. alio praedicato sit perfectio simpliciter simplex, solum est comparanda cum illo gradu, cui immediate opponitur, nempe insipientia, siue ignorantia, sufficitq. quod illam excedat in perfectione ut reipsa excedit; quod si cum quacumq. alia entitate reali à se distincta compararetur, etiam si ab illa excedatur in perfectione, id tamen non obstat, quominus sapientia in omni dicatur absolutè perfectio simpliciter

simplex

simplex, nam cum ipsa non dicat perfectionem debitam alteri maiori, fit inde rationem communissimam entis etiam si per sapientiam in omni contradatur, manere adhuc capacem ad hoc ut intra illam lineam infinite perficiatur, quod tamen non haberet si per substantiam Angelicam, gratiam sanctificantem, aut unionem hypostaticam contraheretur; unde melior est sapientia in omni respectu entis ut sic, quam substantia Angelica, gratia sanctificans, aut unio hypostatica, et consequenter illa solum erit perfectio simpliciter simplex, non vero ista.

Unicum tandem nobis restat argumentum dissoluendum; dicet enim aliquis, iam potius quaestionem esse de nomine quam de re; cum enim nullus unquam negauerit, nec negare possit dari gradus quosdam essendi meliores seu perfectiores, litigare modo an illi dicendi sint perfectiones simpliciter simplices vel non, potius de nomine, quam de re ipsa videtur dubitari. = Fateor equidem hoc argumentum quod alicui fortasse parui momenti videretur, maiorem mihi prae omnibus difficultatem ingessisse. Nihilominus in responsione quaestionem futuram de nomine, inquirere utrum ii, quos Philosophi appellant gradus essendi meliores, dicendi sint perfectiones simpliciter simplices vel non, si in hoc tantum sisteremus; apparet tamen, ut nos in praesenti fecimus, definit

perfectionibus simpliciter simplicis à S. Anselmo tradita, proprie et in toto rigore illis conuenire, et id est iuxta mentem S. Doctoris, finemque ab illo principaliter intentum, ego non quaestionem de nomine, sed satis de re arbitror; nec parum me fecisse existimabo, si meis rationibus conuicti idipsum fateantur aduersarii; quod tamen non facient. Addo insuper discrimen aliquod inter gradus essendi meliores et perfectiones simpliciter simplices reperiri, licet enim omnis illa ratio communis quae est perfectio simpliciter simplex, sit gradus essendi melior; non tamen e contra: nam ut ex S. dictis constat, nulla ratio potest esse perfectio simpliciter simplex, nisi sit communis Deo et creaturis; at verò ut aliqua ratio dicatur gradus essendi melior atque perfectior, non est necesse quod sit communis Deo et creaturis, sed sufficit illam esse meliorem altero gradu, cui immediate opponitur, licet uterque sit quid positiue finitum et limitatum. Ratio autem huius discriminis sumitur ex ipsa natura perfectionis simpliciter simplicis, quae secundum D. Anselmum dicitur illa, quae melior est ipsa, quàm non ipsa, hoc est, quàm quaelibet alia res quae non est ipsa. Vnde colligitur, ad hoc ut una ratio communis sit perfectio simpliciter simplex, requiri eam esse meliorem (intellige, saltem negatiue) quacumque alia ratione communi. talis autem melioritas solum reperiri potest in iis rationibus quae

ɔmunes sunt Deo et creaturis; aliæ n. rões quæ solū sunt ɔmunes creaturis, et ɔsequenter positivè finitæ et limitatæ, n̄ sunt meliores respectu entis ut sic, quàm quælibet alia rō, quia p̄ has redditur ens oīo incapax pfectionis infinitæ, quā appetit, non vº p illas; ut iam sª ɔfessi sumus. At vnus gradus eendi melior, non ideo talis dicitur, qª est melior ipse quàm n̄ ipse, hoc est, quàm quælibet alia rō ɔmunis seu gradus à se distinctus, sed solum qª est melior alio, hoc est, illo cui immꝺͤ. opponitur. ut rō substiæ creatæ nalis dicitur gradus eendi melior quàm rō accidentis nalis: et tamẽ vtraq. ē positivè finita et limitata. Vnde ɔstat plus requiri ad hoc ut aliquid sit pfectissimẽ simplex, quàm ad hoc ut dicatur gradus eendi melior, et ɔsequenter omne illud quod ē pfectissimẽ simplex, eē gradum eendi meliorem, n̄ tamẽ e ɔtrà, quod erat pbandum.

6

Disp. 1.ª
de incarnationis convenientia, et necess.
Q. 1.ª
Ut. conveniens fuerit Deum incarnari, et hominem fieri?

1 Quamvis ex commentatoribus D. Th. qui hanc de incarnatione materiam lato Calamo percurrere, ab hujus misterij possibilitate non pauci exordiant; Nos vero cum D. Th. qui ab illius necessitate supersedit, Deum incarnatum, tanquam proprium scilicet subjectum supponimus, et de incarnationis convenientia disputare incipimus. Pro pleniore quaesiti intelligentia supponas 1.º opportet, quod cum convenientia quid respectivum sit, non solum ad Deum, sed etiam ad hominem, immo, et universum, quaestionis titulus porrigi non renuit. Quare si ad hominem comparet exporsus extra litem, incarnationem fuisse toti humano Generi convenientissimam; quia licet Hypostatica unio in unica tantum humanitate Christi sit peracta; tamen sicut regale Matrimonium non solum sponsam, sed universam eius familiam condecorat, et nobilitat, ita etiam Dei cum humana natura mirabilis desponsatio, in unione Hypostatica peractam totam humanam naturam in altissimam extulit dignitatem; siquidem Aquila Eccle. teste de plenitudine ejus nos omnes accepimus. Cum autem

Aug. Greg. Q. homo (ut elegant. scribit Greg.) aliquid communitatis habeat cum omni creatura, et ob hoc foriam parvus mundus nuncupetur, nomine quod omnis Creaturae in script. sepe sepius figuret, non illepide deducit, ex incarnatione convenientia redundasse suo modo in omnes alias Creaturas universi; quia ut ait Apost. ad Ephes. omnia sunt in Christo ins-

Apost. taurata, quod in phrasi nostri Maximi P. Hierony. idem sonat, ac recopilata, quia omnia in natura humana,

quasi in sumario Dtinetr. unde hac a Verbo assupta, omnia aliquo modo assupta censentr. Tota ergo difficultas devolvitr. si incarnaong. ad Dm. velis relaonare, fuerit ne Do. Dveniens incarnaone perpetrare.

3 Nota 2o. ly Dveniens bifariā poē usurpari: 1o. modo proutili, et perfectivo, et sic pracsta incarnao nullo modo fuit Do. Dveniens; Cū nulla ei afferat utilitatē, et perfeong. 2o. accipitr, pro eodē ac Dgruu, Dducēs, et Dsētaneū, sicque accipitr in pventi. Ad calcē observa, summū boū, cui decet, ē aliis Dmunicare tripliciter poē se rebus impertiri: 1o. modo ē largiendo bona naalia, q. perficit per creaong; 2o. se Dmunicat creaturis intellualibus, donorū supernaaliū boā, et grae, dispensando, quæ ē formalis ipsius participao Dē illud Div. Petri ut per hæc efficiamini Divinæ naæ Dsortes, 3o. Dmunicao quit perpetrari naæ raonalē cū ēē substaali Div. in unitatē personæ copulando; ita, ut reciprocè, et hō Ds. et Ds. hō fiat, n. solū per participaong. ut in aliis Dmunicaonibus, sd per ipsū ēē subaāle Divinū. Difficultas g. de hac ultima participaone pfigitur, fuerit necne Div. Verbo Dveniens? his suppositis quæsito respt. resoluo sequens.

Let.

D. incarnao fuit Do. Dveniens.

D. Th. citans Damascenū

1. prbr. 1o. raone q. adfert D. th. in argumento Sd. Dtra desumpta ex Damasceno Dveniens ē Do. manifestare infinitā perfeoēs suorū attributorū; sd p. incarnaong. manifestantr. perfeones Divinorū attributorū: g. majr. ē certa, q. Dveniens, seu Dsētaneū ē Do. id, ex quo resultat q. creaturæ ipsū reverentr, et glorificent; sd hoc habet, dū infinitæ perfeones attributorū manifestantr: g. Dveniens &c. mi. prb. attributa, sivè divinæ perfeones sunt oipoa, sapientia, bonitas, justia, et misericordia, sd hæc mirabilitr ex incarnaonis opere relucent: g. per incarnaoē &c. mir patebit per singulas discurrendo.

5. De incarnationis convenientia

In primis enim bonitas clare oculis fidei deprehenditur, quia ut ait Sacer Textus: sic Deus dillexit mundum, ut filium suum unigenitum daret; ubi adverbium Sic, Chrisostomus, magnam divini amoris significat vehementiam. 2.º elucet misericordia, qua motus Deus homo factus est, et in assumpta carne vere dolores nostros ipse tulit, et infirmitates nostras ipse portavit. Justitia, quia ut jus Divinum peccato lessum repararet, a filio fideiussore nostro condignam pro peccatis nostris satisfactionem exegit. Sapientia quidem, quia ut justitiam et misericordiam concordaret, tantam sapientiam adinvenit profunditatem, qua, et justitiae lessae satis faceret, et homini misericorditer talem fideiussorem condonaret. Omnipotentia demum adeo eminet in hoc mysterio, ut non videatur posse extendi ad ullum majus opus, quam illud, quo homo sit Deus, et Deus homo. quare in Scriptura anthonomasticè opus Dei nuncupatur. Abacuc 3. Domine opus tuum in medio annorum tuorum vivifica illud. quod

Abacuc. 6. 2.º

D. Th. probatur ratione, quia in corpore articuli inserit Ang. et naturae illud dicitur alicui conveniens, quod est conforme suae esse, et naturae; sed incarnatio est conformis esse Dei, ergo conveniens. major est certa, et expendit

id. D. T. exemplo actus ratiocinandi, qui non alia ratione est homini conveniens, nisi quia illi competit ratione suae naturae, idem, titulo rationalis. minor autem probatur. essentia et natura Dei est essentia, et natura bonitatis, et bonitatis summae; sed de essentia bonitatis est se communicare, et de essentia bonitatis summae est summo modo se communicare: ergo est conforme naturae Dei se summo modo communicare; sed media incarnatione se summo modo communicat, cum nulla alia major communicatio excogitari possit, quam quod Deus physicè uniat creaturae: ergo incarnatio est conformis esse, et naturae Dei omnia

id. constant, et major principalis traditur a D. Th. 1.p. q. 6. art. 3. ubi docet. quod Deus per suam essentiam est bonum ipsum per se subsistens, et consequenter

Dionis. summum bonum. minor patet ex Dionis. Cap. 4. de Divinis nominibus quod bonum est diffusivum; et consequenter quod magis bonum, magis diffusivum; ac tandem summum bonum, summè sui diffussivum, et communicativum; quia sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis, et maximè ad maximè.

Solvunt.ᵘʳ argum.ᵗᵃ

7 Argt. 1º. Itra rong pipalẽ nup.ᵃ attactã. Licet exquo D.ˢ sit sumũ bonũ inferat.ᵘʳ q.ᵈ debeat se sumo modo Omunicare, hinc tamẽ minime deducit.ᵘʳ Ovenieẽs D.ⁱ incarnaão q.ᵈ Dⁿ. Ruinoso nitit.ᵘʳ fundamto. prb. ant. exquo D.ˢ sit sumũ boũ solũ infert.ᵘʳ summa Omunicaõ ad intra, inqua tota naã Divã Omunicat.ᵘʳ per ęternã generaõnẽ filio, et per ęternã processioẽ Sp.ᵗᵘⁱ S.ᵗᵒ saltim identicè; nõ tamẽ prbt.ᵘʳ q.ᵈ Creaturis Omunicet.ᵘʳ; Sd hoc debebat probari, ut deduceret.ᵘʳ ut Ovenieẽs D.ⁱ incarnaão. ḡ. exquo &c. prb. maj. semel q.ᵈ D.ˢ summo modo Omunicet ad intra, expleta manet propensio boitatis Divę adse Omunicandũ; Sd hoc stare, nõ prbt.ᵘʳ ex propensione Divę bonitatis Omunicaõ ad extra, sive ad Creaturas: ḡ exquo &c. Respᵒ

